

9.—(1325).

Release, dated 7th June, 1325, by the Lady Donata and her three daughters, Fantina, Bellella, and Marota, as Executors of the deceased Marco Polo, to Marco Bragadino. (From the *Archivio Notarile* at Venice.)

“In nomine Dei Eterni Amen. Anno ab Inc. Dni. Ntri. Jhu. Xri. Mille-simo trecentesimo vigesimo quinto, mensis Junii die septimo, exeunte Indictione octavâ, Rivoalti.

“Plenam et irrevocabilem securitatem facimus nos DONATA relictâ, FANTINA, BELLELLA et MAROTA quondam filie, et nunc omnes commissarie MARCI POLO de confinio Sancti Joannis Grisostomi cum nostris success-oribus, tibi MARCO BRAGADINO quondam de confinio Sancti Geminiani nunc de confinio Sancti Joannis Grisostomi, quondam genero antedicti MARCI POLO et tuis heredibus, de omnibus bonis mobiliibus quondam suprascripti MARCI POLO seu ipsius commissarie per te dictum MARCHUM BRAGADINO quoque modo et formâ intromissis habitis et receptis, ante obitum, ad obitum, et post obitum ipsius MARCI POLO, et insuper de tota colleganciâ quam a dicti quondam MARCO POLO habuisti, et de ejus lucro usque ad presentem diem * * * * * si igitur contra hanc securi-tatis cartam ire temptaverimus tunc emendare debeamus cum nostris successoribus tibi et tuis heredibus auri libras quinque, et hec securitatis carta in sua permaneat firmitate. Signum suprascriptarum DONATE relicte, FANTINE, BELLELLA et MAROTE, omnium filiarum et nunc commissarie, que hec rogaverunt fieri.

“Ego PETRUS MASSARIO clericus Ecclesie Scti. Geminiani testis subscripsi.

“Ego SIMEON GORGII de Jadra testis subscripsi.

“Ego DOMINICUS Mozzo presbiter plebanus Scti. Geminiani et notarius complevi et roboravi.

“† MARCUS BARISANO presbiter Canonicus et notarius ut vidi in matre testis sum in filiâ.

“† Ego JOANNES TEUPULLO Judex Esaminatorum ut vidi in matre testis sum in filiâ.

“(L. S. N.) Ego magister ALBERTINUS DE MAYIS Notarius Veneci-arum hoc exemplum exemplari anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi Millesimo trecentesimo quin-quagesimo quinto mensis Julii die septimo, intrante inductione octava, Rivoalti, nil addens nec minuens quod sentenciam mutet vel sensum tollat, complevi et roboravi.” †

† This was printed in the First Edition (ii. p. 442), but was omitted in the Second.